

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

Versus huius loci per se iam manifestus est.

1. Et primum qui dem probe notandum, quomodo de defunctis cogitandum, sic scilicet ut semper sumus memores suis & aouisimorum Hoc loco & Syr. 7. in fine.

Illam enim crebrior meditatio faciet, ut non peccemus, sed ambulemus corde sapienti. Psal. 90. v. 12. Atque hanc ipsam ob causam sæpius funera defunctorum comitati & ingredi in domum luctus debemus, Eccl. 7. v. 3. ut ad animum reuecemus finem omnium mortalium: Ibid. versu eodem. Mors enim non tardat, Syr. 14. v. 4.

2. Modus quis in luctu seruandus, ex hoc loco patet. Vbi egregia argumenta nobis ipse Textus suppeditat, quorum quinque præcipue in explicatione Textus sunt annotata illa iam possunt, si tempus occasio ferat, latius diduci. Aut si cui placet peculiarem [de modo seruando in luctu] instituire concuneculam, poterit talis esse propositio. Quia interdum peccatur in excessu, dum modus non seruatur in luctu, audiemus ex hoc loco Syracidis V. rationes, quare non ultra quam par est, mortuos lugere debeamus, &c.

FINIS.

## THEMA CXXII.

Syrach. 40. vers. 1. in vers. latina.

*Occupatio magna creata hominibus & iugum graue;*  
*&c. vsq; ad vers. 5.*

### DISPOSITIO.

In hoc dicto Syracidis admodum memorabili, Sapiens primum describit (aut deplorat potius) miseriam humani generis, multa enumerans in specie, quæ homini faciunt vitam acerbam & amaram.

Deinde vero amplificatur miseria humana, à tempore: quia enim multo tempore durat miseria illa, nec nisi cum morte finitur, maior est etiam. Tandem quoque additur, quod illa communis sit omnibus hominibus,

Bb 3

1 ne

sine discrimine & respectu personarum, aut conditionis humanæ. De his tribus aliquid breuiter dicemus, & quid nos monere possint aut debeant, singulis partibus subiciemus.

I. *Pars.*

Primum in genere dicit, vitam humanam esse rem plane miserabilem & calamitosam. De qua vere illud dicitur, gentilibus quoque notum: Hoc rotum quod homo est, calamitas est. Herodot. Et humana vita vere non est vita, sed calamitas. Euripid. Vita quid est? labor est, & nil nisi mortis imago. Tristis ad extremum sollicitudo diem, Psal. 90. v. 10.

Deinde vt intelligamus miseriam istam nostram, in specie ostendit, circa quæ misera & tristia obiecta occupati sunt homines. Decem autem proponit miseræ partes aut species: non quod præter has nullæ sint aliæ, sed quod hæc fere omnium sint communissima.

1. Cura & sollicitudo de variis rebus, circa quæ homo quotidie versatur, multum excruciat animum humanum.

Sollicitus est diues, de seruandis bonis partis: pauper de acquirendis. De victu & amictu omnes. De corporis valetudine. Cælebs sollicitus de coniugio. Coniugatus de coniuge, liberis, re familiari. Et quis has curas omnes possit enumerare?

2. Timor plurimum affligit. Dum vel timemus honori, bonis, corpori, vel coniugi, liberis, amicis, &c. ne quid alii, vel ipsi patiamur aduersi.

3. Spes interdum alit afflictos. At cum videmus nos illa frustrari, vehementer perturbamur. Quod si etiam differunt tantum, affligit animam. Prou. 13. v. 12. Et frustra plerumque in hac vita speramus meliora.

4. Non pauca sunt, quæ iram solent concitare, quam cohibere non possumus. At non facit ira iustitiam Dei, Iac. 1. v. 20. Nocet animæ & corpori ira,

5. Zelus,

5. Zelus, qui ex indignitate alicuius rei oritur, aut aliorum impietate quam tolerare cogimur, emendare non possumus, hic quoque multo afficit animum dolore.

6. Aduersitates porro quis enumerabit, quae possunt accidere homini? Ab inimicis, ab hostibus, imo ab amicis & domesticis interdum Ratione corporis, bonorum, fama, &c.

7. Si pax fugiat a nobis, & inimicitiae oriantur, vel in domo, vel extra eam: Da ist zeitliche Noth/ David conqueritur. Oderunt pacem, Psalm 120 v. 7. Et nunquam bella piis nunquam discrimina desunt. Et cum quo certet mens pia semper habet

8. Inuidia & contentiones multum affigunt cor hominis boni. Deum alii inuident, rixas mouent, lites seminant. Quod cum priori cohæret. Praefertur si vel vnum habeas vicinum malum & inuidentem.

9. Mortis pericula multa sunt aduenda. Valetudo afflictiva & vita pendens, Deut. 28. v. 66. Taceo quid fiat in itineribus, bello, &c. pro ratione vocationis. Diabolus omnibus bonis perpetuo insidiatur, 1. Pet. 5. v. 8.

Mors denique ipsa, animam a corpore non sine dolore separar. Dnd machts d' ngar auß.

Locvs I. En tibi cumulum miseriarum. Et quis est, qui aliquid de his cupiat detrahere, & non potius possit & velit his plura superaddere: Ecce igitur nobilem istam vitam quam sic tamen amas, vt nolis illam relinquere.

Veheementer itaque intantur, qui non cupiunt ex hisce miseriis liberari, Paulus Rom. 7 v. 24. exclamat: O me miserum, quis me liberabit ex morte hac? Mille enim mortibus subiectus homo. Quod si essemus Ethnici & nihil sciremus de vita meliori & aeterna, debebamus tamen cum ipsis dicere: Mors si non bona est, finis tamen illa maiorum est. Quanto magis, cum sciamus, restare a-liam vitam & beatissimam quidem non debebamus tantopere mortem exhorrescere. Paulus intelligit hanc rem, ideo mortem *lucrum* ait, Philip. 1. ver. 21. Et has miserias pertæsi boni illi sancti Dei homines, non opta-

runt vivere. Ideo sepe legitur *Satur dierum* erat David, 1. Par. 6. Abraham, Gen. 25. v. 8. Job. 42. ultimo. At nos nulla vult huius vitæ capere fatietas. Res mira & infamiam ipsam demonstrans. Simile. De eo qui non vellet liberari ex se qualido, tetro & miserabili carcere & collocari in domum exornatam & iucundam, &c. Hinc Cyprianus: Eius est timere mortem, qui ad Christum nolit ire. Dum in ortem meruis, amittis gaudia vitæ. Ergo quid visis terremur imagine mortis: Flebilibus finem cum fecat illa malis.

II. Cogitandum etiam de causa tot tantarumque miseriarum, scilicet peccato. Quod est stipendium mortis, Rom. 6. & omnium antebalorum eius. De hoc alias saepe plura.

## II. Pars.

Si ista de qua diximus, miseria, tantum vno mense, aut anno duraret, esset illa forsitan æquiori animo toleranda: aut si vnâ tantum hominis ætatem affligeret, vel infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, virilitatem, senectam; & cæteræ ætates essent immunes tolerabile esset. At Syracides docet, quod & ipsa experientia testatur: hæcæ miseria in initium sumere cum prima natiuitate, ab utero, & durare per omnes ætates hominis vsque ad sepulturam. [ Terram vocat matrem, quia ex terra sumus creati Gen. 2. & illa nos iterum recipit in gremium suum, & denuo pariet in nouissimo die ] Qui vult potest hæc iam diducere, per sex illas supra enumeratas ætates hominum. Initium à fletu, ap. 7. v. 5. & cum fletu transigitur atque finitur. Quia vallis lachrymarum Psal. 84. v. 7.

• **Locvs.** Intelligimus hinc, quam bene fiat cum his, quibus vita cito finitur: illi enim ex his miseriis cito liberantur. Quid enim est diu vivere, quâ diu torquent? Augustinus. Ideo quæ Deus amat, hic moritur iuuenis, Sap. 4. v. 14. immatura enim (quæ nobis sic videtur) mors piorum

piorū est matura gratia & benedictio. Evolemus, evolemus igitur, dicebat Monica mater Augustini.

Sulti igitur sunt, qui tantopere deplorant præmaturam mortem iuniorum piorum præsertim: Et quod male cum ipsis agatur dicunt: *311 schad daß er faulen soll. Der Mensch sollte noch viel Jahr leben / etc.* Cum contrarium ex Sap 4. v. 7. & seqq. & 1. Paralip. 34. v. 28. pateat. Ergo ne ipsam diutius usque ad gravem senectam torquendum & cruciandum putas? Sat miseriarum expertus est qui decennio vixit. Quia ab utero cepit cruciari.

### III. Pars.

Dicat aliquis, Agnosco illam miseriam cum omnibus suis partibus supra enumeratis: & ego quidem sat sum expertus malorum. At sunt tamen multi feliciore in his terris: præsertim magnates? *Denen acht nicht so viel Es sind gehanden / wie v. s. armen Leütev.* At Syrach hæc quæ dixit, communia quoque esse ait coronatis & holericatis, non minus quam rusticis, Sap. 7. v. 5.

Locvs. Verum esse hoc Sapientis pronunciarum, ipsi testabuntur Magnates. Si etiam ipsorum vicam velimus exigere, iuxta ista pronuntiata Sapientis, patebit hoc manifeste.

1. Cura & sollicitudo maior incumbit Regi quam rustico. Et graviolem reddet rationem. Quo status est maior, quo quæque potentia maior: hoc etiam nomine ratio maior erit, Luc. 12.

2. Timor maior. Quia plures insidiantur ipsis. Vide id exemplum Ahasueri, Esth. 2. v. 21 & Isbosethi, 2. Sam. 4. v. 6.

3. Spes sæpius frustratur Iosaphati naues, 1 Reg. 22. versicul. 40.

4. Facilita illis accedit. Quia multa occurrunt quæ offensionem pariunt.

5. Zelus maior sit necesse est, vbi gladio illo opus Rom. 13. v. 4.

6. Aduersarii Magnatum multi. Aduersitates multæ passim. Inobedientia subditorum. *Theurung. Mißgewechß.* &c. tangit illos etiam.

7. Bella multa. Quia 8. Inuidi multi, qui vellicantiosos. Illi eadē sorte vtuntur qua cæteri.

9. Mortis pericula multa: Insidiæ, de quibus supra numero 2. Dionysius Siculus Rex, ancipitem gladium capiti imminere ait.

10. Tandem mors sceptrâ ligonibus equat. Tollit cum paupere Regem.

Stulti ergo sunt, qui sibi optant, vt sint loco Magnatû quo possint esse felices, quia quantum ad miserias humanas, illi eadē sorte vtuntur qua cæteri.

II. CONSOLATIO autem esse debet miseris & abiectis, quod vident Deum, non in morte tantum, sed & in aliis miseris pares ipsis fecisse Reges. *Nat er an einem Orth einen Vortheil / so hat er zehen Plagen darzegen zu rier.* Ergo magnus quæstus pietas cû animo contento, 1. Tim. 6. v. 6. In cælo omnes erimus Reges Quia reposita corona a. Tim. 4. v. 8. Iac. 1. v. 12.

F I N I S.

THEMA CXXIII.

Syr. 4. 1. v. 11.

*Omnia quæ de terra sunt, in terram reuertuntur. sicut omnes aquæ in mare, &c.*

DISPOSITIO.

Quod Adamo à Deo omnipotente dictum erat olim Gen. 3. v. 19 in terram reuerteris, quia de terra factus es: Id ipsum hoc loco Sapiens omnibus Adami posteris, hoc est, omnibus hominibus denunciat, quod sint reducti ad principium. Idque eleganti similitudine illustrat de omnibus aquis, quæ in mare tanquam ad principium quoque suum reuertuntur. Nos hæc ad nostram utilitatem dicta & scripta esse certo statuamus: ideoque primum

com-